



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII

Iesus, suam crucem portans, ad caluariam educitur Art. & Hom. XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

mali æstimemur. Tunc enim nos magis amor priuatus, quam charitas vrget ac premit.

IESUS SUAM CRUCEM PORTANS, AD CALVARIAM EDUCITUR. ARISTO. XXXVII.

Susciperunt autem Iesum, & exuerunt eum chlamyde & purpura, & induerunt eum vestimentis suis, & eduxerunt eum, vt crucifigerent illum. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluarie locum Hebraicè autem Golgatha. Exeuntes autem cum ducerent eum, apprehenderunt hominem quendam Cyrenensem nomine Simonem, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi. Hunc angariauerunt vt tollerent crucem eius: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Et perducunt eum in locum qui dicitur Golgatha quod est interpretatum Caluarie locus.

Ioan. 19.
Matth. 27.
Marc. 15.
Ioan. 19.
Matth. 27.
Marc. 15.
Matth. 27.
Lucæ 23.
Marc. 15.

HOMILIA XXXVII.

Iesu damnato, gaudentibusq; omnibus impijs, student Iudæi rumorem mox euulgari hunc nouum per omnem ciuitatem cum pessimis criminationibus atque derogationibus famæ Christi: quas dedita ad hoc opera spargebant, vt iuste videretur damnatus Iesus. Vnde quia Iesus omne nouit secretum, nihil poterat tam secreto de illo dici quod ignoraret. Vidit itaque in omni sibi loco detrahi, vidit iniqua de se narrari vbiq; vidit mortis suæ causas ab inquirentibus inuestigari, nec alia de se quam pessima responderi: vidit denique super se rideri, & ea quæ narrabantur sibi in passione, vel obiecta, vel inflata, laudari: videbat exhilarari suos inimicos de sua calamitate. Nunquid non putas cor eius pijsimum atque verecundum inde fuisse sauciatum? Deinde quamuis multitudo magna fuisset Iudæorum ante Pilatum stans aduersus Iesum, dabatur tamen (quod creditur) signum, vt hodie fit eo tempore, quo malefactores ad supplicium solent educi, quo agnosceretur Iesus confestim ad mortis supplicium educendus. Vnde innumerabilis colligebatur turba confluentis populi ad rei spectaculum, cupientes eiusdem videre finem. Quo autem Iesus fieret notior, cuius erat facies ex cruore, sputis, linoribusq; ac afflictionibus deformata ac oblita, vt cognosci nequireret, exuerunt eum chlamyde coccinea seu purpura, & induunt eum proprijs suis vestimentis, vnde ab omnibus cognosceretur. Hoc autem absq; ingenti cruciati, & vulnerum renouatione fieri haud potuit, quandoquidem vestis coccinea sanguine congelata atq; compacta in vulneribus Iesu, nisi violentia miserabili ac pœnosa non poterat euelli. Vide quomodo Iesus vestimenta exiit, quomodo stat totus nudus ante deridentium se oculos, quomodo sua vestimenta circa locum vbi flagellatus fuerat, disiecta colligit, quomodoq; se iterum induit humilis & verecundus. Certè non absque grandi tum dolore, tum verecundia id fieri potuit, vt Iesus & priores vestes exueret, & nudus suas colligens, denuo indueret.

Cur vestibus suis induerent Iesum.

Vulnerum Iesu renouatio

Verecundia Iesu.

Vide

Crux cur Ie-
su soli im-
posita fue-
rit, non la-
tronibus.

Latronum
confortium
quantum
Christi igno-
miniam au-
xerit.

Esaia 9.
Principatus
Christi ut sit
crux.
Philip. 2.

Christus ut
regaret in
nobis per
crucem.
Philip. 3.
Gen. 22.
Crucem sua
quando por-
tauerit Iesus.

Cur Simon
angariaue-
rit portare
crucem Iesu.

Vide iterum quomodo ignominiosum lignum crucis, Iesu dorso feren-
dum imponunt, quod ut maledictum, nemo tangere dignabatur. Neutri au-
tem latronum cum Iesu crucifigendorum, crucem ferendam imposuerunt,
quo Iesus tanquam scelerator aestimaretur, utpote cui soli suum supplicium
(quod antehac nulli factum erat) impositum cerneretur. Hoc enim ad exagge-
randam Christo ignominiam, ad augendam quoque infamiam eiusdem, à lu-
dæis fuerit excogitatum, ut Christus solus suam ferret crucem, non item la-
trones, quo latronibus scelerator crederetur Christus: nec aliam ob rem la-
trones simul crucifigendi, eidem coniuncti sunt, quam ut Iesus eorum confor-
tio, & in eorum poena infamaretur, unde similis quoque ac insignior crederetur
latronibus fuisse in scelere. Producitur itaque interea agnus mansuetissimus
Dominus Iesus, crucem ferens in dorso mire & magnitudinis & longitudinis,
qua onustus humi deprimebatur, quæ ludæorum studio illi (ut dixi) imposita
est, ut sceleribus eius purgandis mors violenta, quam sustinere parem habuit
cum latronibus, pararetur non sufficiens, sed facinoribus eius singularibus,
poena quoque ac probrum, singularia & antehac inaudita, deberentur. Idem
quam flagitiosus nullus ante, ipse est ferre coactus suam crucem. Impletum
est autem illud Esaia: *Factus est principatus eius super humerum eius Principa-*
factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exal-
tavit illum, & donavit illi nomen, quod est, &c. Quomodo igitur in signum nobi-
litate excellentiæ, alijs balteum, alijs coronam, alijs mitram, alijs auream por-
tant catenam, ita in signum sui imperij Christus suam portat crucem: neque
enim aliter in nobis regnat Christus, quam per crucem, id est, per asperitates
& tribulationes, quibus signat ornatque suos quos in hoc mundo habet ami-
cos. Eam ob rem ij quoque qui delicias sequuntur, ab Apostolo crucis vocan-
tur inimici. Impletur hic figura Isaac, ignem & ligna pro sui immolatione
portantis. Contemplare tu hic, quomodo Iesus incedit portans suam crucem:
anhelus, anxius, incurvatus, humi depressus, viribus exhaustus, doloribus &
vulneribus plenus, adeo ut pedem vix posset mouere, gemens ex alto corde &
suspirans. Plus tamen ludæorum doluit cecitatem, quam suam vel passionem
vel ignominiam. Fatigatus itaque & exhaustus, lento incedit gradu, nec progredi
tanto sub onere potuit: imò ut alijs volunt, deficiens viribus corrui, licet
percussus, impulsus, tractus atque calcatus progredi vgeretur. Quapropter ne
inter manus eorum deficiens, moreretur genere mortis quam volebant mi-
tiori, ne de suam Pilatus sententiam reuocaret, & quo citius ad eius necem,
quam aestuante sitiebant, pertingerent, angariauerunt Simonem quendam
Cyrenæum, ut ferret crucem post Iesum: in hoc quoque insultantes Iesu, quod
qui Deum se omnipotentem rectasset, auxilio egeret humano: nec ferre cru-
cem posset, nisi adiutus.

Crucem suam ut quisque diuersimodè portet.

Vita omnis
Christiani
non nisi
quomodo
non sit aliud
quam crux.

TOta vita hominis Christiani, si iuxta Euangelium viuere decreuerit, ni-
hil est aliud, nec aliud esse debet, quam crux & martyrrium. Abstinerere
enim à delectatione sensuum, amœna voluptuosaque sibi interdicerere, de-
sideria sua mortificare, frangere voluntatem propriam, seipsum non quare-
re, sed